UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 7. De honore qui Olympionicis & interdum imperatoribus re præclarè gesta habebatur. Emendatus Æmilij Probi locus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70864

Visual Library

ſcientia, aut vanitate potius, & falſa opinione ſcientiæ, ex Theophraſto ſumptum videri poteſt: qui eos temporibus ſuis in magna admiratione fuiſſe dicit: quod non ea tantùm prædicerent, quæ communia eſſent, vt tempeſtaté, ſerenitatem, & ijs ſimilia, ſed etiam quomodo quiſque victurus, quomodo moriturus eſſet. Atque hoc de Proculo cognouimus: apud quem ſcriptum eſt: Θαυμασιωτάτην δ' εἶναί φησιν ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς καθ' αὐτὸν χρόνοις τὴν τῶν χαλδαίων περὶ ταῦτα θεωρίαν, τά τε ἄλλα προλέγουσαν, καὶ τοὺς βίους ἑκάστων, καὶ τοὺς θανάτους, καὶ οὐ τὰ κοινὰ μόνον, οἷον χειμῶνα, καὶ εὐδίας· ὥσπερ καὶ ἀστέρα τὸν ἑρμοῦ χειμῶνος μὲν ἐκφανῆ γινόμενον ψύχη σημαίνειν, καύματα δὲ θέρους εἰς ἐκείνους ἀναπέμπει. πάντα δ' οὖν καὶ τὰ ἴδια, καὶ τὰ κοινὰ προγινώσκειν ἀπὸ τῶν οὐρανίων, ἐν τῷ περὶ σημείων βίβλῳ φησὶν ἐκεῖνος.

De honore qui Olympionicis & interdum imperatoribus re præclarè geſta habebatur. Emendatus Æmilij Probi locus.

Cap. VII.

QVANTO in honore fuerint antiquitus Olympionicæ, nemini, qui paulum modò verſatus in hoc litterarum genere, ignotum eſt. Solebãt autem inter cetera, donari coronis aureis: vnde & Pindarus Olympiam vocat μητέρα χρυσοστεφάνων ἀέθλων. Imperatores quoque, re bene & feliciter geſta, interdum tamquam admodum raro, eodem honoris genere afficiebantur. Sic Cyro, poſt tam multas tamque inſignes victorias in auitum regnum redeunti Cyaxaris filia, quæ ipſius poſtea vxor fuit, coronam auream obtulit. Xenophon libro octauo: ὁ δὲ κυαξάρης ταῦτα μὲν ἐπῄνεσεν, προσέπεμψε δὲ αὐτῷ τὴν θυγατέρα στέφανόν τε χρυσοῦν, καὶ ψέλλια φέρουσαν. Habitus eſt hic honos Alcibiadi quoque, cùm domita Lacedæmoniorum ſuperbia in pa-

in patriam rediret: qua de re ita Probus: *Hic vt*… *egreſſus eſt, quamquam Theramenes, & Thraſybulus* … *dem rebus præfuerant, ſimulq́ venerant in Piræeum,* … *men illum vnum omnes proſequebantur: &, id quod* … *quam antea vſuuenerat niſi Olympiæ victoribus, co*… *aureis æneiſq́ vulgò donabatur.* Sed cur æneas co… coronas addat, non immeritò quæri poteſt. Nam … Glauci Homerici væcordia ridetur permutantis … σια χαλκείων, ita ridicula videri poteſt hæc χρυσ… χαλκείων permiſtio. Ego verò non dubito, quin Pr… verba corrupta ſint, ita vt vbi eſt *æneiſq́*, legendum … *tæniiſq́*. Solebant enim ferè tæniæ cum coroniſ… iungi. Empedocles:

Ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσί τε θαλείοις.

Idque manifeſtò confirmat quod apud Thucydide… de Braſida legitur: quem Scionæi, re præclarè ge… vt Olympionicen excepiſſe, & vt Græciæ liber… rem, corona aurea & tænijs reuinxiſſe dicuntur. Th… cydidis verba hæc ſunt: καὶ οἱ μὲν σκιωναῖοι ἐπῆρθησ… τοῖς λόγοις, καὶ θαρσήσαντες πάντες ὁμοίως, καὶ οἷς μὴ πρότ… ἤρεσκε τὰ πρασσόμενα, τόν τε πόλεμον διενοοῦντο προθύμ… φέρειν, καὶ τὸν βρασίδαν τά τ' ἄλλα καλῶς ἐδέξαντο, καὶ δημ… μὲν χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν, ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλ… ἰδίᾳ τε ἐταινίουν τε, καὶ προσήρχοντο, ὥσπερ ἀθλητῇ. Ath… tam autem cùm dicit, Olympionicen intelligit.

Emendata quædam è libro ſexto Epiſtolarum ad Attic…

CAPVT VIII.

IN hoc ſcribendi genere non modò exigi ordo n… ſolet: ſed ipſa potius ἀταξία, & melius Variarum le… ctionum nomen tueri, & minus ſatietatis adferre le… ctoribus creditur. Ego itaque qui horis exceptis … qualiacumque procudo, vt quiſque liber venit in m…